XI.

Heliosperma monachorum Vis. et Panč.

H. puberulum, caulibus gracilibus adscendentibus geniculatis basi perennantibus, apice dichotomis, foliis inferioribus caulinisque sterilium obovato-lanceolato-linearibus, obtusiusculis, caulinis linearibus acuminatis sessilibus ~~patentibus~~, pedunculis filiformibus, floribus erectis, calycibus clavato-campanulatis parce glandulosis ~~pubescentibus~~, lobis ovato-lanceolatis obtusis hyalino-marginatis ~~...~~, petalis calyce duplo longioribus quadrifidis, coronulae dentibus lanceolatis acuminatis laminam dimidiam aequantibus, capsula campanulato-subglobosa calyci subaequali, carpophoro vix triplo ~~...~~ longiore, seminibus subreniformibus dorso squamulis ~~cristulis~~ paleaceis linearibus duplici serie...

Syn. Silene monachorum Vis.

Icon Tab. VIII f. 2.

Hab. in saxosis umbrosis sub rupe Krstaca ~~prope~~ ad Monasterium Rača Serbiae occidentalis, et ad Derventa circuli Užicensis, substrato calcareo. Floret Junio. Flores candidi. ♃. Perennis.

Descr. Planta basi lanuginosa superne glabrior, ~~caulibus~~ decumbentibus teretiusculis ~~...~~ ad geniculos nodoso-incrassatis, superne in cymam laxissimam divaricato-dichotomis, ramulis pedunculisque filiformibus. Folia uninervia integra in caulinis sterilium apice ~~...~~ congesta, lineari-spathulata, idest basi attenuata, sed sursum latiora, et ad apicem iterum sed brevius attenuata obtusiuscula, pilis longiusculis mollibus lanuginosa: caulina sessilia linearia acutiora glabriora. Calycis pilis glandulosis ~~...~~ subnudi. Petala obovata ungue lineari ~~...~~ lamina ovali, utrinque breviter unidentata dentibus remotis patulis parum obtusis, apice obtuse biloba: corona bipartita dentibus elongatis. Stamina sub anthesi exserta, antheris albis. Pistillum stylis tribus filiformibus, ovario carpophorum aequante. Capsula dentibus obtusis reflexis. Semina nigro-spadicea.

Obs. Affinis H. chromodontae Boiss. et Reut. (quantum video in speciminibus authenticis a cll. auct. communicatis) a qua statim differt foliis caulinis sessilibus basique latioribus ac apice, ~~dum~~ in illa basi et apice attenuantur ~~...~~ ita ut folia suprema in brevem petiolum constringantur. Similis quoque H. eriophoro Juratzka (Verh. d. ~~...~~ zool-bot. Gesellsch. Wien 1858 p. 38) sive H. Veselskyi Janka in Schlecht. Linnaea 1858, (quod mihi incisum ... juxta descriptiones ibidem datas, illo ~~...~~ distingui videtur ~~...~~ breviori parciori, petiolis ... inferiorum lamina multo brevioribus nec illam subaequantibus, calyce truncato et glanduloso, corona dentibus multo brevioribus –

Expl. Icon. f. 2 – A. Flos aperto calyce, demptis petalis. B. Calyx C. Petalum D. Capsula E. Semen: omnia multo aucta

Scabiosa achaeta Vis et Panc.

S. biennis; inferne cano-puberula superne glabrata, caule erecto ~~[illegible]~~ ramoso striato, foliis ~~omnibus~~ bipinnatipartitis, petiolatis, segmentis linearibus obtusiusculis superioribus pinnatipartitis canaliculatis, capitulis sessilibus ne... ~~[illegible]~~ oris involucri foliolis late lanceolatis triplo longioribus, fructiferis globosis, corollis subconformibus, tubo extus pilosulis, corona involucelli tubo ad carinas piloso basi barbato multoties superante, ~~pappi~~ calyce sessili dentibus triangularibus muticis.

(in margin: primis linearibus ... ovatis basi truncatis)

Hab. in saxosis arenaceis ad Ivnaca Serbiae meridionalis. Fl. ... Fl. Julio

Icon. Tab. IX. A. Corolla radii. B. Achenium. C. Corona cum calyce. D. Pars folii: omnia multo aucta.

Descr. Herba tri-palmaris. Radix ~~perennis~~ vix perennans, unicaulis. Folia omnia tenuisecta, bipinnato- vel pinnato-partita, infima breviter petiolata, ambitu oblonga, superiora linearia sessilia, pube brevi subcanescentia, laciniis angustis linearibus obtusis, saepe pilo apiculatis, supra canaliculatis. Caulis tri-bifidus, ~~superne nudus~~, pedunculis elongatis alternis basi foliolis binis linearibus longissimis praeditis, caeterum nudis. Capitulum florens ~~capitelliforme~~, sed basi truncatum, involucri foliolis paucis basi late lanceolatis obtusis. Corollae lobi externi quidem majores oblongi extus pilosuli. ~~Corona scariosa pellucida~~ ~~vix~~ subintegra ~~[illegible]~~. Achenium turbinatum tortillum basi barbatum, costis decem apice triporis extus convexis, basi attenuatis sulco superne latiori divisis. Corona scariosa pellucida subintegra 30-radiata. Cyathus pappiferus seu calyx sessilis fuscus 5-dentatus, dentibus triangularibus muticis.

Obs. Similis Sc. triniaefolia Friv. et Griseb. a nostra differt glabritie, ~~pap~~ floribus ochroleucis, capitulis ovoideis, involucro et pappi radiis setaceis multo longioribus.

Scabiosa ~~tenuisecta~~ fumariaefolia Vis. et Panč.

S. ~~radice lignescente crassa~~ glauca ~~perennis glauca caulibus erectis~~

S. pube crispula adpressa glauco-canescens, ~~glauca glabra~~, radice lignescente crassa, caulibus erectis bi-trichotomis angulatis ramis elongatis nudis, foliis tripinnatipartitis ~~nudis~~, laciniis oblongo-linearibus obtusiusculis ~~acutis~~ ~~apiculatis~~, superioribus bipinnatipartitis sessilibus, capitulis globosis mediocribus, foliolis oblongo-linearibus sesquilongioribus inferioribus linearibus, fructibus ovoideis, corollis sub~~aequalibus~~ conformibus extus hirtellis, corona involucelli tubo ad carinas piloso basi barbato multoties superata, ~~pappi~~ calycis ~~subsessili~~ radiis ~~brevissimis~~ imbutis ~~triangularis~~ triangulato-setaceis brevissimis aut obsoletis.

Hab. in glareosis serpentinaceis ad Raška circuli Čačkensis Serb. meridionalis?

Fl. citrini. Fl. Julio. ♃.

Icon. Tab. X. A. Corolla. B. ~~Fructus~~. C. Calyx cum pappo. D. Pars folii ; omnia multo aucta

Descr. Radix lignescens et certe perennans. Tota herba superior e pube adpressa canescente glaucescens. Caulis ex una radice plures erecti virides, et eadem pube adspersi, nunc bifidi, nunc trifidi, simpliciter, nunc bi-trichotomi. Folia ad radicem congesta inferiora petiolata ~~~~ ambitu ovalia multisecta, laciniis lineari oblongis obtusis subtus nervatis uninervibus, integris, pilo plus minusve longo terminatis, superiorum sessilia nervis divisa, laciniis longioribus tenuioribus et sessilia. Pedunculi nudi ~~elongatissimi~~. Capitula subrotunda, corollulis omnibus subconformibus ~~subaequalibus~~, ~~sessilia~~ lobis tamen exterioribus brevibus quidem majoribus, extus pilosulis intus glabris. Fructus breviter turbinatus, decem-costatus, costis convexis ~~obtusis~~ pilosulis basi barbatis, sulco profundo apice tripartitis ~~~~ latiori divisis. Corona scariosa pellucida 20-radiata. ~~Cyathus~~ ~~Calyx~~ Cyathus ~~pappiferus~~ capitatus sessilis stipes 5-dentatus, dentibus triangularibus apice setaceo brevi, vel nullo.

Obs. - Scabiosae Webbianae Don notis quibusdam similis, sed haec omni ex parte major, et foliis inferioribus spathulato ovalibus, ~~~~ sequentibus lyrato-pinnatifidis, nec non pappi setis nigris corona duplo longioribus, a nostra discrepat.

Hieracium marmoreum Panč. Vis.

H. perenne, glaucescens, pilis plumoso-scabris inflexis albidis tuberculo ortis lanatum, caule erecto folioso, a medio in pedunculos [illegible] partito, foliis inferioribus obovatis in petiolum alatum decurrentibus, superioribus obovato-oblongis basi cordato-amplexicaulibus repando-dentatis, supremis squamoso-setaceis, pedunculis pube stellato pilisque longioribus obsitis, capitulis turbinatis basi lanatis, involucri foliolis obtusiusculis pilis patulis inflexis pilisque stellatis brevioribus dorso pubescente, margine scarioso glabris, corollis ad medium villosis, achenis rectis pentagonis 10-striatis, apice coronatis denticulatis; pappi setis dilute fuscis denticulato.

Syn. H. lanatum Panč. Verz. n. 1226. (pro parte, et quoad locum Ravanica).

Icon. Tab. XI. A. Folia juniora autumnalia. B. Pilus longior. C. Ligula. D. Achenium. F. Idem auctum. G. Receptaculum cum involucro.

Hab. in rupestribus marmoreis ad Gornjak circuli Požarevacensis, et ad Ravanica Manasija circuli Cupriensis, montis Stavica circ. Krajinensis, Stol circ. Crnackensis, montis Rtanj circ. Aleksinacensis in Serbia orientali.

H. aevi. Fl. Junio

Obs. Indumento triplici, tuberculis in denudato tandem caule albidis, villo in imo caule ac foliorum margine copiosiore, et pedunculis capitulisque pilis ac stelliferis insigne: foliis quoque consistentiae potius chartaceae quam carnosae, superioribus basi [illegible] dilatata, ab omnibus Andryaloidis, quorum sectioni pertinet diversum. — Affine tamen H. Taygeteo Boiss. Diagn. pl. or. VII. 15, quod statim differt foliis caulinis basi longe attenuatis, itaque spathulato-obovatis, nec basi cordata lata amplexicaulibus ut in nostro. —

Ad uberiorem plantae notitiam licet addere diligentissimam descriptionem a cl. Schultzio Bipontino, Compositarum illustratori [illegible], per Pančić communicata.

Si trasferisca dalle pag. 3. fino alla metà del foglio 5.

Plantasiem devo[illegible]rien
Dicas II

XVII

Linaria rubioides.

L. perennis, glabra, caulibus adscendentibus paniculato ramosis, foliis lanceolato-linearibus quaterno-verticillatis superne alternis, utrisque attenuatis petiolatis acutiusculis, racemis terminalibus elongatis densis multifloris, lateralibus abbreviatis paucifloris, bracteis pedicello subaequalibus, calycis laciniis lineari-subulatis obtusis corollae tubo plus duplo brevioribus, corollae palato villoso calcari descendente subulato arcuato obtusiusculo subaequante, capsula ovali-subrotunda emarginata calycem superante.

Icon Tab XX. A. Flos. B. Fructus: multo aucti

Hab. in glareosis saxosis serpentinaceis montis Šargan et supra Kršanje ad Rastište circuli Užičensis, in Serbia meridionali.

Descr. Radix multicaulis perennans. Folia omnia petiolata lanceolata vel superne lanceolato-linearia, verticillata, vel sparsa, mucronulata. Caulis ramosi, ramis superioribus floriferis, racemo terminali longiori densifloro. Bracteae lineares. Pedicelli in racemo saepius breviores. Corolla calyce multo longior, labio superiori erecto bilobo, palato villoso. Stigma capitatum simplex. Capsula profunde sulcata. Semina striata.

Obs. Differt ab affinibus L. genistifolia Mill., ejusque formis L. silenifolia Fisch. ~~L. linifolia Chav.~~ et L. concolore Griseb. foliis distincte in petiolum attenuatis, quae in illis omnibus imo basi latiuscula caulem amplectuntur: a L. concolore Gr. insuper caulibus paniculato ramosis, floribus in racemo elongato congestis, corolla calcari subaequali nec ipso longiore et palati villis. A L. striata DC. magis discrepat foliorum forma et latitudine, bracteis pedicello subaequalibus nec longioribus; calycis laciniis tubo corollae multo brevioribus nec aequalibus; calcare subulato longo, nec abbreviato conico; palato villoso nec glabro.

Species, ut videtur, serpentino propria, juxta prof. Pančić, cum aliis plantis quas in Serbia notavit, scilicet Eryngio serbico P. et V., Goniolimo serbico, Euphorbia glabriflora, Potentilla Visianii P., Daphne Blagayana, Gurckia aurea aliisque, quas extra substratum illud in Serbia hactenus non invenit.

Expl. Icon. A. Flos duplo auctus. B. Fructus quadruplo auctus. C. Caulis sterilis

Verbascum pannosum Vis.

V. ~~simplex~~ [apice ramulosum], multiter diffuse albo-tomentosum, foliis [crassis] radicalibus ellipticolanceolatis, utrinque longe attenuatis integris, caulinis breviter [anguste] decurrentibus, [decurrentis] racemo laxiusculo [basi ramuloso], bracteis lanceolato-linearibus, floribus laxe fasciculatis, pedicellis calycis ~~laciniis lanceolatis superantibus~~ cano-lanuginosis, corollis calyce triplo longioribus fusco concavis, staminibus tribus superioribus abbreviatis barbatis antheris ~~[illegible]~~ abortivis, duobus inferioribus longioribus nudis antheris [semilunatis] fertilibus [illegible], filamenti apice adnato-decurrentibus, capsula ovali calycem duplo excedente.

Icon. Tab. XIV. A. Fol. radicale B. Corolla patefacta. C. Stamen sterile D. Capsula E. Semen: [omnia multo aucta]

Syn. V. montanum Panč. Verz. d. in Serb. wildwachs. phan. [p. 59] (aus d. Schrift. d. zool.-bot. Ver. Wien. 1856.) non Schrad.

Hab.

Descr. Caulis [teres,] sub tomento detersibili implexo denso atrorubens. Folia inferiora lanceolato-elliptica in petiolum bipollicarem canaliculatum sensim attenuata, apice lanceolato-cuspidata, margine integra, subtus crassissime [et depresse] costata et nervosa, venis reticulatis, tomento undique densissimo pannosformi albescentia. — Caulina [folia] sessilia breviter decurrentia, tomento laxiore minus cana, integra vel obsolete remote denticulata apice attenuata, in axillis superiorum racemulifera. Axis racemi terminalis erecti laxiusculi, pedicelli [interdum bracteolati], calyces, et corollae dorsum [et margines] cano-lanuginosi. Corollae [rotatae] concavae quinquepartitae laciniae ellipticae vel obovatae, [binis inferioribus quidquam majoribus], tubo vix ullo. Staminum [superiorum] filamenta [villo albido] ~~[illegible]~~ aequaliter denseque barbata, inferiorum longiora nuda [in sicco fusca, apice incrassata]. Antherae superiorum transversae crassiusculae steriles: omnium glabrae. Capsula obtusa pubescens. Semina sinuato-rugosa oblonga. — Pertinet ad Sect. Thapsus.

Obs. A V. montano Schrad. [et V. niveo Ten.] quibus comparantur differre puto tomenti natura et colore, foliis radicalibus [integris,] cuspidatis, pedicellis longioribus, [laxis, et] filamentis fertilibus omnino nudis, —

[illegible] Ten. foliis [illegible]

Expl. icon. A. Folium radicale. B. Corolla arte patefacta. C. Stamen sterile [multo auctum] D. Capsula cum pedunculo ~~bracteato~~, et calyce persistente. E. Semen multo auctum.

V. sedem corniculatum quae détro

Sedum corniculatum

S. perenne? [glabrum] effusum [virens basi] decumbens, cauliculis adscendentibus, foliis [sepalisque] ovatis obtusis utrinque complanatis basi truncato necdum in denticulum producta solutis, [ovatis] sextariis, cymis apice bi-trifidis, ramis alternifloris laxiusculis, calycibus 5-sepalis foliis conformibus, petalis lanceolatis apice in corniculum productis, capsulis [semiovato] lanceolatis [apice stylo subulatis] ~~[illegible]~~ glabris stellato-patentibus.

Sedum Hildebrandi

glaucum, foliis oblongis obtusis, patulis?

Euphorbia glabriflora Vis.

E. suffruticosa, glaucovirens, glabra, decumbens, inermis, ramis adscendentibus foliosis, simplicibus, foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis mucronulatis, basi petiolulato-attenuatis, umbellae radiis abbreviatis subaequinis monocephalis aequalibus, floralibus infimis ovalibus, radiis superantibus infimis 4-5, superioribus binis, involucri turbinati intus glabri lobis rotundato-truncatis integris glandulis transversis semilunatis reflexo terminatis, staminum filamentis, stylis ad medium coalitis apice bifidis, capsula globosa verrucis oblongis obsita, semine ovali nitido, caruncula irregulari crassa.

Syn. E. fragifera Jan, Viz. sel. plan. in Schr. zool. bot. ver. p. 20)

Icon. Tab. XIII fig. 2. A. flos. B. pars involucri arte explanata et composita glandulis, stamine non et intus superficies glabra. D. capsula. E. semina — omnia aucta.

Hab. In rupestribus serpentinaceis montis Stol circuli Cattaro, et montis Zlatibor Serbiae meridionalis. H. [illegible] ♄

Descr. Radix et caulis basi lignosa crassa, caudiculis decumbentibus adscendentibus angulatis, superne herbaceis inermibus, senioribus ad delapsorum basin tuberculatis persistentibus praeditis. Folia [illegible] obtusiuscula [illegible] mucronata, [illegible], glauco-viridia, integra, plana. Floralia caetera duplo latiora breviora, ovali-subrotunda. Stamina filamenta [illegible] antherae biglobosae.

Obs. Affinis E. Bivonae Steud. et E. spinosae L. et proxime quidem varietati β. papillari Boiss. in DC. prodr. XV p. 131. Differt ab illa ramis non tri-quadrichotomis sed simplicibus et a basi foliosis, foliis umbellaribus radiis superantibus, involucri lobis integris, semine albo-lutescente: ab E. spinosa, habitu non dumoso nec erinaceo et teneriori, ramis simplicibus inermibus, capsula verrucis brevioribus undique obsita — ab utraque insuper differt involucro intus glabro, quod in illis dense hirsutum. Habitu quoque refert E. linifoliae Jacq. ic. rar. 1. t. 86 quae E. tenuifolia W. sp. pl. II p. 893 E. spinosa γ. inermis Boiss. in DC. prodr. XV p. 132: sed icon et descriptio Jacquini exhibet plantam ramis monocephalis apice triphyllis, glandulis involucri quinque subrotundis, capsulas imbricato-verrucosas, quae a nostra aliena. — Ab E. fragifera Jan jam verrucis capsulae brevioribus obtusis, nec filiformibus purpureis in capsula pisiformi [illegible], statim distinguitur. —

Allium serbicum Vis. et Panč.

A. bulbo solitario tunicis albidis tenuissime nervulosis incluso, scapo tereti inferne folioso, foliis teretibus subulatis firmis, laevibus supra ~~leviter~~ canaliculatis, scapo paullo brevioribus; spatha bivalvi, valvis ~~[illegible]~~ ovatis ~~longe~~ apice acuminato-setaceis, altera umbellam 10-20 floram ~~superante~~ hemisphaericam superante altera subaequante; pedicellis laxis erectis aequalibus apice incrassatis; perianthii campanulati phyllis ellipticis ~~apice obtusiusculis~~; staminibus simplicibus filiformibus basi ima dilatata coalitis, perianthio ~~aequalibus~~ [illegible], stylo longioribus; capsula obovato-trigona, seminibus cuneato-obovatis.

Icon. Tab. ~~[illegible]~~ f. 1.

Hab. in rupestribus calcareis ad Užice, Mokra gora et Deventa circuli Užicensis. Flores albidi aut carnei, phyllis nervo virente trajectis. Fl. Junio

Descr. Bulbus ovatus vaginis membranaceis, solitarius, rarissime subcaespitosus. Scapus ~~[illegible]~~ palmaris ad tertiam sui partem foliis longe vaginatus. Haec subulata glaucescentia supra ~~[illegible]~~ canaliculata aut complanata, subtus convexa, laevia, scapum interdum aequantibus. Spathae valvae basi latae apice caudato-setaceae, valde inaequales. Umbella capsulifera apice [illegible] pedicelli in hemisphaericam dispositi, ab invicem divergentes ~~remoti~~: flores contigui: Phylla nervo purpureo apice in acumen producto apiculata. Filamento basi paullo dilatata ibique in annulum brevem perianthio adnatum concreta. Antherae oblongae; cum defloratae exsertae. Ovarium breviter stipitatum, trigono-subrotundum, flavidum, angulis tumescentibus, apice asperulum, stylo bis longius. Capsula scabriuscula, emarginata, stylo persistente perianthium excedente superata, trilocularis, seminibus atris in loculo binis, juxta positis.

Obs. Pertinet ad Allia macrospatha ~~Don~~ § 6 Don., ad species alienas ejusdem sectionis ap. Kunth en. pl. IV. p. 414.

Expl. icon. Tab. VIII fig. I. A. Apex folii. B. Flos. C Stamen D. Semen: omnia multo aucta